Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36535
Copyright: Göttweig, Benediktinerstift

facta sunt. De quo psalmista dicit. Dextera dni. fecit
virtutem. Liber autem in dextera sedentis. uetus et
nouum testamentum significat. Qui bene in dextera se
dentis fuisse dicit. quia principalis intentio sacre
scripture ad xpm pertinet. cuius natiuitatem. mortem.
resurrectionem ascensionemq; et sedm ad uentum ad iu
dicium continet. de quib; omnib' ultro se querentib'
exempla offerunt. Idcirco autem uetus et nouum testa
mentum unus liber appellatur. quia nec nouum a uetere
nec uetus a nouo ualet disiungi. sed quicquid predictum
est in uetere completum constat in nouo. Iam uetus
testamentum nuntius est et uelamen nouum. nouum ue
reuelatio et adimpletio est ueteris. Qui liber bene
intus et foris scriptus esse dicitur. foris scilicet pter
uetus testamentum. intus pter nouum. uel foris pter
superficiem litere. intus pter allegoricos sensus. Siue
foris et intus. quia unum testamentum terrena promittit
dicens. si uolueritis et audieritis me bona terre com
edetis. et alia multa. aliud promittit interna regni
celestis beatitudinem dum dicit. beati pauperes.
quoniam ipsorum est regnum celorum. Qui etiam liber septem
sigillis ostenditur signari. id est sigillari. Septenarius
numerus ut sepe dictum est. ad uniuersitatem
refertur. Per septem igitur sigilla plenitudinem obscuritatis
et mysteriorum. que in ueteri latebant testa
mento debemus accipere. Unde et abacuc dicit
Ds a lybano uenit. et sctus de monte umbroso et con
denso. Mons quippe lybanus umbrosus et condensus
libri sunt ueteris testamenti. opti figuris allego